



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. VIII. De Beatitudine & Gloria cælesti, miseriaq[ue] infernali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

FARRA- se circumfert. Nam & qui ali-
GO UTI- quid in tantum amat, ut nihil
LISS-IN- eum aliud afficiat, nulla occupa-
STII- tione impeditur, quod minus ejus-
ce rei tam charæ speciem & simili-
tudinem præsentem retinere
possit. Ubi enim amor, ibi oculus
& cogitatio. Frequenter occurrit
animo necesse est, quod quis dili-
git, quodque potissimum colere
& exercere solèt, & quod in ejus
pectore vivit.

8. Qui seipfos ex amore abne-
gant, & vitiis moriuntur, qui Deo
ac virtutibus vivunt, qui mun-
dum contemnunt eique valesa-
ciunt, qui omni amori terreno
nuntium remittunt, & Deum ac
Dominum suum in illius regnum
cum amore subsequuntur, hi vi-
tam agunt cælestem, & plerique
taliū crebrò in Deum excedunt
ac rapiuntur. Christus enim in eis
excellentissimo modo vivit Deus

* Qui seipfos abne-
gant, sunt ve-
lut tabula
nuda ac
terrenis
imagi-
nibus,
ad exci-
piendā
imagi-
nem vi-
tæ &
mortis
IESV
Christi.
Joan. 10

† Mystica Theologia studiosus extro-
versus ad opera pietatis, vel introversus ad
excessum & raptum mentis, seu imaginibus
utatur, seu nō utatur, seu occupetur in imi-
tatione humanitatis Christi, seu in intima
aut etiam extatica contemplatione Divi-

nitatis absorbeat, semper vitalibus pa-
scuis ex Dei præsentia fruatur, cum in-
narrabili consolatione.

manitatis Christi imaginibus de-
picti, ad bonos mores, ad exerci-
tia sancta, ad colendas virtutes
omnes: ingrediuntur verò cum
ejusdem Domini Jesu spiritu, abs-
que imaginibus, in Divinitatem;
atque inibi æternam reperiunt &
possident veritatem, opes infini-
tas ac inexhaustas, gustumque &
consolationem longè majorem
quàm vel comprehendere vel ca-
pere sufficiant. Nam hic gustus
tam ingens ac immensus est, ut
illis qui eum percipiunt, cælum,
terra, & quæcumque in eis sunt,
præ illius magnitudine, colli-
quescere, & in nihilum redigi
posse videantur. Ita nimirum illi
quadam futuræ beatitudinis præ-
libatione donantur à Deo.

§. VIII.

De Beatitudine & Gloria cælesti,
misericordiâq; infernali

1. Visio Dei est in beatitudine præmium essen-
tiale, præmium accidentale multiplex.
2. Aetas ac doctores corporum resurgentium.
3. Status hujus mundi elementaris renovandus
post resurrectionem.
4. Omnium sensuum jucunditas in beatitudi-
ne cælesti.
5. Miserrima damnatorum conditio.

BEATITUDO nostra in eo sita est,
But post hoc exilium in glorio-
sum Dei regnum translata & as-
sumpti, Deum clarè cognosca-
mus, amemus, ac æterna fruitio-
ne possideamus. Etenim Deus
præmium essentiale est: quod ubi
nasti

1.
In beati-
tudine
Dei visio
unicum
præmium
est essen-
tiale; ac
acciden-
talia mul-
ta supr.

SARRA-
GOUTI-
LISS. IN.
STIT.

nacti erimus, tum omnia summo ac excellentissimo modo perfecta & consummata erunt. Tunc namque gloriosissimam Trinitatem unum Deum æternum videbimus, & intima cum appetentia ac delectatione amabimus, & sine ulla defatigatione laudabimus. Ipsum Dominum Deum nostrum possidebimus, & vicissim ab illo possidebimur in unitate. Colliquefemus ac defluemus in inexhaustam Divinitatis abyssum. Deo perfruemur, & illi uniti, cum ipso in beatitudine quiescemus: quæ quidem inenarrabilis fruitio, & quies in superessentiali Divinitatis substantia, altissimum beatitudinis fundum est. Singuli autem Sancti suum speciale præmium habebunt pro dignitate & sanctitate sua. Nam tametsi gloria Dei communis erit omnibus, singuli tamen pro sua mensura haurient. * Præmium verò accidentale tam erit multiplex, quot erunt Beati. Unusquisque enim de aliorum beatitudine perinde ¹ ut de propria gaudebit & gratulabitur. Unusquilibet omnes cæli cives plenè ² cognoscet: & cum Domino Jesu, cum dulcissima ejus genitrice Maria Virgine, cum beatis spiritibus Angelicis, ac Sanctis omnibus perenniter, familiariter, jucundissimeque viveret. Erit ³ in beata illa vita perfecta charitas, & humillima suavissimaque concordia. Erit ⁴ & omnimoda sapientia: siquidem cognitum perspectumque habebimus

* Duo-
decim
hic nu-
meran-
tur præ-
mia bea-
titudi-
nis acci-
denta-
lia.

x. Socie-
tas gra-
tulabū-
da;

xi. Iu-
cundif-
sima no-
titia;

xii. Mu-
tua cha-
ritas;
xv. Sapi-
entia;

quidquid volumus. Erit ⁵ etiam omnimoda potestas: quandoquidem Reges ac Reginae erimus, & filii Dei; & quidquid libuerit faciemus. Erit ⁶ præterea omnigena opulentia, eaque longè ultra quàm capere possimus nos inundabit. ⁷ Adhæc, erit pulchritudo sempiterna & immarcescibilis, itemque ⁸ æterna & imperturbabilis pax. Denique erit ibidem omnium affluentia divitiarum, omnigenarum ⁹ influxus deliciarum, omnis boni accessus, atque ¹⁰ florida juvenus, omnis expertus mortalitatis. Nihil ibi ¹¹ erit quod quemquam malè habere aut molestia afficere queat, abundabit autem ¹² quidquid posset adferre lætitiæ. Planè istud gaudium, ista lætitia & abundantissima beatitudo, tam ingens, tam multiplex, tam inexhausta erit, ut nec enumerari, nec mensurâ comprehendi, nec cogitari, nec scribi, nec verbis exprimi, nec ulla demum ratione ostendi satis queat. Major est enim & cumulatio, quàm vel spe, vel desiderio, vel cunctis simul viribus nostris capere possimus: enimverò Deus ipse incomprehensibilis & immensus, nostrum vult esse præmium, nostrumque gaudium.

Sciendum autem est, quòd in novissimo die omnes resurgemus in ætate, qua fuit Dominus noster Jesus Christus cum propter nos moreretur. Senex centum annorum, & infans noctis unius, ejusdem staturæ erunt. Et licet

bo-

v. Potest-
as;

vi. Opul-
entia;

vii. Pul-
chritu-
do;
viii. Pax;

ix. Vol-
uptas;

x. Im-
morta-
litas;

xi. Absen-
tia om-
nis mole-
stia;

xii. In-
sentia
omnis
lætitia.

13. Datis
ria &
sua cor-
poru gl-
riof.
Eph. 4.
Act. 4.

*SARRA-
GO UTI-
MISS. IN-
STIT.
Statuta.
Integri-
tas.
Claritas.*
boni quidam hic sint claudi, vel
cæci, aut deformes, sed tunc cum
membris omnibus sani, integri,
candidi, formosi, absque aliqua
macula resurgent, sicut & corpus
Domini nostri Jesu Christi. Ita-
que corpora Beatorum gloriosa
erunt, & septuplo sole clariora,
animarum gloria sese per illa dif-
fundente: erunt etiam adedò im-
passibilia, quòd omnis inferiorum
ignis, & quotquot umquam fuê-
re enses, nec minimo ea vulnere
aut nocimento poterunt afficere:
*Impassi-
bilitas.*
Agilitas.
tanta item agilitate ac levitate
prædita erunt, quòd ubicumque
anima esse debet aut volet, mox
ipsa in momento suum secū cor-
pus eò adducet: & tam erunt sub-
tilia, ut etiam murū æneum cen-
tū milliaria latum & crassum mi-
nori negotio sint penetratura, quā
solis splendor vitrum penetrat.
*Subtili-
tas.*

3.
*Adundi
corporei
renova-
tio post
diem ju-
dicii ne-
vissimū,
in celo &
terra.*
Ut verò mundus iste glorioso-
rum corporum quamdam obti-
neat similitudinem, utque homi-
nes beati secundum sensus exter-
nos ejus pulchritudinem contem-
plentur, cæli post extremum ju-
diciū majorem assequentur cla-
ritatem quàm modò habeant. Sol
Orientem, & luna Occidentem,
ubi conditi fuerunt, occupabunt.
Aër plus habebit luminis, quàm
sua habeat: siquidem sol & luna
& stellæ erunt septuplo lucidiores
quàm nunc sint. Non erunt dein-
ceps ullæ nubes, neque grandines,
neque pluviae, nec venti, neque
fulgura, neque tonitrua: nox
itaque esse desinet, succedente

perpetua die & luce, sive clarita-
te. Aqua purior magisque per-
spicua erit, quàm nunc sit. Terra
etiam tamquam crySTALLUS perspi-
cua, & ut palmus plana erit. Atq; *Luc. 21.*
ita cælum & terra transibunt qui-
dem sed non penitus interibunt,
quin potius multò excellentiùs
renovabuntur ad perennem læti-
tiam nostram.

Igitur cæli, * terræ, & ele-
mentorum omnium pulchritudi-
nem elegantiamque conspiciemus.
Iphis etiam corporalibus o-
culis nostris Dominum Jesum, e-
jusque beatissimam Genitricem
semper Virginem Mariam unaq;
Sanctos omnes contemplantur.
Internis autem oculis contuebi-
mur divinæ sapientiæ speculum,
in quo quidquid umquam factum
est quod nos exhilarare queat, re-
lucebit. * Et sicut externis o-
culis gloriosam Christi faciem vide-
bimus, ita etiam externis auri-
bus gratissimam atq; dulcissimam
illius vocem audiemus. Inde ve-
rò cor, omnesque sensus nostri
gloriâ ejus cõplebuntur, ita quod
præ gaudio & amore nos in eum,
ipseque in nos colliquescet. Audie-
mus ite corporis auribus melodiâ
suavissimosque cantus Sanctorū,
Internis verò auribus verbum Pa-
tris auscultabimus, & in eo sci-
entiam ac veritatem omnem per-
cipiemus. * Præclarissimus quo-
que sancti Spiritus odor nos per-
transibit, omni balsamo & qui-
buscumque aromatibus longè sua-
vior: isque nos extra nosipfos in

4.
*Objecta
sensuum
beatifica-
torum in
gloria.*
* Quæ
erit, &
unde vo-
luptas
in Bea-
torum
oculis
ac visu.

* Quæ
in aud-
ita.

* Quæ
in olfa-
ctu.

æter-

FARRA-
GO UTI-
LISS. IN-
STIT.
* Quæ
in gultu

æternam Dei trahet ac rapiet cha-
ritatem. * Abundè etiã & per-
fectè gustabimus sempiternam
Dei bonitatem omni melle dul-
ciorem: ejus perpetua tenebimur
fame ac siti, eaque nos jugiter pas-
cet & cibabit, atque per corpus &
animam perferetur ac penetrabit,
sicque fiet, ut perennem sitim ac
esuriem etiam perpetuus gustus
& cibatio comitetur, semperque
renovetur, quæ est vita æterna.

¶ Cæterùm malis & damnatis
omnia evenient felicitati ac glo-
riæ justorum contraria. Ipsi enim
in ignem æternum, in tenebras
exteriores, in puteum abyssi mit-
tentur demergenturque, & sem-
piternis inferorum tormentis cru-
ciabuntur. Recipient quidem in
novissimo die corpora sua; sed ea
erunt tetra, deformia, foetida, &
plumbo graviora. Post judicium,
tartarus illos omnes, & quidquid
in mundo foetoris ac spurcitiei
est, in se recipiet: claudeturque
supernè & obstruetur instar ollæ,
unde postea nullus umquam ne-
que dæmon neque homo egre-
dietur. Ibi erit perpetua miseria,
dolor, invidentia, odium, ira, de-
speratio. Ibi stertus, & stridor den-
tium, atque ululatus (qui est can-
tus infernalis) nullum umquam
finem habebit. Ibi impii in ani-
ma & corpore semper corquebun-
tur, semper coquentur & affa-
buntur, semperque videbunt, au-
dient, & sentient quidquid hor-
rori atque abominationi esse po-

¶
Dama-
sorum mi-
seria, &
horrenda
& ater-
na.

Ioël. 2.

Ezech.
24.
Luc. 13.

terit. * Igitur sicut boni, qui hic se
correxerint, & virtutibus operã
dederint, Deumque coluerint &
amaverint, æternã beatitudine
gaudebunt; ita mali, qui in pec-
catis ac vitiis perseveraverint, æ-
ternum supplicium patientur. Já
nunc unusquisque eligat, utra-
cum societate vivere ac mori, per-
petuoque permanere velit.

§. IX.

*Epistola Ludovici Blossii plena sum-
missimis institutionibus.*

1. Mentionem facit Opusculorum Superiorum.
2. Instruit amicum de multiplicitate cogitatio-
num fugiendã, & de Divinitate curiosius non
indagandã.
3. Quies, solitudo, silentium internum in
otio sancto.
4. De vera ac falsa quiete & otio spiritus.
5. Ne in hac re sumus pusillanimes; conatu ra-
tionabilis adhibendus; sed in eo non confiden-
dum. Nihil nisi Christi humanitatem & Divi-
nitatem cogitare, est verum anima silentium &
quies.
6. Sublimia scripta contemplatorum non pro-
sunt omnibus: ad optima quidem conandum est,
sed moderatè.
7. Bona voluntatũ plenitudo supplet defectus
quos invisi toleramus. Custodia cordis & sensuum.
Omnia de manu Dei accipienda sunt.

CHARISSIME in Christo frater,
Cmiror Institutionem illam spi-
ritualem, quam ante sesquian-
num ex scriptis Joannis Thauler-
ri & aliorum Patrum decerpserã,
tibi tantum placere: neque enim
desunt boni viri, quibus pleraque
in eadem Institutione videntur
nimium ardua, nimisque severè
ac rigidè scripta. Ego hisce die-
bus collegi Epitomen vite Christi
ex quatuor Evangelistis, cui ad-
jeci

* Vita
boni,
mora
malis
æterna
est: eli-
ge dum
licet.

¶
Mentio
aliqua
Opuscu-
lorum su-
periorum
fit in
Episto-
la.

¶
Episto-
la cum
Episto-
la.